Clemens eps servus servorum dei Venerabili fratri Epo Ditonen. ac dilectis filiis Preposito . Asten. et Maiori secularis et Collegiate beate Marie de Platea Casalen. ecclesiarum Salutem et apostolicam benedictionem. Hodie dilecto filio Vincentio Caracha Canonico Casalen. Canonicatum et prebendam ecclesie Casalen. tunc per liberam resignationem dilecti filii Aluisii de Cerlisiis nuper ipsius ecclesie Canonici de illis quos tunc obtinebat per certum procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum in manibus nostris sponte factam et per nos admissam apud sedem apostolicam vacantem et antea dispositioni apostolice reservatos cum plenitudine Juris Canonici et annexis ac omnibus Juribus et pertinentiis suis apostolica auctoritate contulimus ac de illis etiam providimus per alias nostras litteras prout in illis plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum si et postquam dicte littere vobis presentate fuerint per vos vel alium seu alios auctoritate nostra dictum Vincentium vel procuratorem suum eius nomine in Corporalem possessionem Canonicatus et prebende ac annexorum Juriumque et pertinentiarum predictorum inducatis ac defendatis inductum amoto exinde quolibet detentore et faciatis Vincentium vel pro eo dictum procuratorem ad prebendam huiusmodi in dicta ecclesia in Canonicum recipi et in fratrem stallo sibi in Choro et loco in Capitulo ipsius ecclesie cum dicti Juris plenitudine assignatis sibique de ipsorum Canonicatus et prebende et annexorum fructibus redditibus proventibus Juribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus omnibus que in dictis litteris voluimus non obstare Seu si Venerabili fratri nostro Epo ac dilectis filiis Capitulo Casalen. vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Dat. Rome apud Sanctumpetrum Anno incarnationis dominice Millesimoquingentesimotricesimo Sexto Id. Maij Pontificatus nostri Anno Septimo.

P

Jul

A. de Castillo
A. Stupha

Jo. Danielo
L. Walz
Jo. Ang. Cuccinus

N. Mutius

Morleiis 25 (4)
Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1869726561-18/fragment/page=0001
DFG

1530 26/IV

F.

Alexen̄

Regestr. 1530

Nic. de Minutis

Morbio 25 (4)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1869726561-18/fragment/page=0002